

1623 ig 16 octobris

Ex ms. Bibl. Zaluse. n° 398.

Copia literarum Jacobi di la Gard ad
illustrissimum Duem Radivil.

62

Postremis literis Vilnæ d. 24 Julij datis illu-
strissima celsitudo vestra nobis significavit,
se intellecto serenissimi regis nostri in no-
vos pacis tractatus assensu, dominos com-
missarios vestre partis de eo certiores reddita-
ros, ut ipsimet de tempore aliisque prepara-
toribus nobiscum conferant, et manus et co-
natus appliuent. Verum ex quo illustris do-
minatio vestra cessavit, nihil ulterius ad no-
ticiam nostram deductum est, donec nona
octobris illustris ac magnificus dominus ca-
stellanus Sedanensis suo et reliquorum do-
minorum commissariorum regni Polonie
quorum tamen nomen exprimit: no-
minibus ex finibus magni ducatus Lithua-
nie de adventu et ambitu simul suo nos
certiores fecit, et tabellarium sine respon-
soriis nostris abire fecit. Que quo tendant
facile perspicimus, ipsisque dominis com-
missariis vestris pro sincero nostro pro-
movendi hoc tam salutare negotium stu-
dio dissimulare nequivimus. Constat ex
monumentis historiarum majores vestros
aram sancte pacis magna semper vene-
ratione coluisse, nec miris aut precibus, pe-
riculis aut commodis, inde se abripi pas-
sos esse, nunquam tam frigide hanc tantam
rem tractari poteridum est. Errant autem
qui existimant bellum cruentum et cala-
mitosum pace prestantius ac utilius esse,
verendum

verendum est ne tempore hoc actioni pa:
cis destinato inutiliter vel nullis vel ad spe
compositis actionibus consumpto, omni spe
pauis adempta, pauis aliquin cupidi, metu
impendentium armorum, a quo ne quidem
stantibus induuis et fide publica interpo:
sita Suecia hoc anno immunis esse potuit,
bellum extorqueatur. Sed perdet Deus, qui
perdere et in exitium populorum Christia:
norum bella perpetua fovere satagunt. Ut
vero quocumq; rerum eventu de serenissi:
mi regis nostri constantia ac perpetua
mente ac voluntate honestam ac fidam
pacem armis preferendis constet illustris:
sime Dominationi vestre, non postremo
priorum tractatum commissario ac duci
Campusti magni ducatus Lithuanie quocum
communicatio de novo tractatum vi prio:
rum fieri debebat, exemplar utriusq; nostra:
rum literarum communicare opere precium
duximus. Illustrissime Dominationi vestre
studia nostra deferentes, eademq; benevale:
re cupimus. Die 16 octobris anno 1623.